

Gaudeamus igitur

Text: Christian Wilhelm Kindleben , 1781
Melodie: Anonym, 1788

Gau-de-a - mus i - gi - tur, ju - ve - nes dum su - mus;
post jo - cun - dam ju - ven - tu - tem, post mo - les - tam se - nec - tu - tem
nos ha - be - bit hu - mus, nos ha - be - bit hu - mus.

1. |: Gaudeamus igitur, iuvenes dum sumus. :|
Post iucundam iuventutem, post molestam senectutem,
|: nos habebit humus. :|
2. |: Ubi sunt, qui ante nos in mundo fuere? :|
Vadite ad superos, transite ad inferos,
|: ubi jam fuere. :|
3. |: Vita nostra brevis est, brevi finietur, :|
venit mors velociter, rapit nos atrociter,
|: nemini parcetur. :|
4. |: Vivat academia, vivant professores, :|
vivat membrum quodlibet, vivant membra quaelibet,
|: semper sint in flore! :|
5. |: Vivant omnes virgines faciles, formosae, :|
vivant et mulieres, tenerae, amabiles,
|: bonae, laboriosae! :|
6. |: Vivat et res publica et qui illiam regit, :|
vivat nostra civitas, maecenatum caritas,
|: quae nos hic protegit! :|
7. |: Pereat tristitia, pereant osiores, :|
pereat diabolus, quivit antiburschius,
|: atque irrisores! :|